

*Hippocrates Chymicus.* 41

vocatur à nostris <sup>b</sup> magnarum  
virium in medicina , de quo suo  
loco. Reliquarum herbarum sa-  
lia vel in imperfectè falsa vel in  
acida deflectunt ; & acri flammâ,  
aut fusionis igne in alcali vitri-  
ficans reducuntur.



*Fusoria ars porrò , alcalia  
acida absorbi docet.*

### C A P V T VIII.

**O**Mnia mineralia, cuiuscum-  
que sint generis, quæ me-  
tallica corpora absconsa gerunt,  
associata sunt acidis ( sulphure  
nimirùm vario ) quæ impediunt,  
quominus metallum ab impuri-  
tate fodinarum segregari possit.  
In hac angustia necesse est confu-  
gerc ad alcalia, quæ celerem præ-  
stent opem.

In puluerem itaque reducant  
minerale , idque alcali commis-  
cent , ac in crucibulo fundant;

D iiij

fusionem nitro accelerant, quod cum sulphure accenditur, ut pro parte deflagrat; pars verò cum tartaro in alcali vertitur; istud alcali absorbet omne acidum, quocum aliàs metallum aufugere, sed hac viâ facile petit fundum, idque artistæ Regulum, id est purum metallum sulphuribus ptiuatum appellant: quod rursùs sub cupella probatoriâ cum plumbo vltterius ad puritatem deducunt, de quo vide docimaticos: mei saltē est de salium fundamentis loqui.

Argentum  
fugit cum  
acido mi-  
nerali,

Dixi metalla ab acidis mineralibus in fumum verti, quod in argento, fuso cum plumbo in testa ex cinere facta & lauata manifestum fiet: in hanc frustulatim injice sulphur, cuius aciditas cum fugit, etiam metallum infugam vertit, quod recolligere licet madido linteo in camino expanso.

Aliud experimentum quo probatur, metalla ab acido minerali in fugam verti, est cemen-

Metalli  
precipitatio  
per alcali.

*Hippocrates Chymicus.* 43

tum illud quod Regale vocant,  
sit que ex sale communi & late-  
rum puluere , quo cum stratifi-  
cant aureas monetas cupro li- *Aurum fu-  
git cum a-  
cido mine-  
rali.*  
gatas , hoc in cemento , aurum  
sine fusione dimittit cuprum , si-  
mulque cum acido salis spiritu  
in fumum abit , qui tamen etiam  
de auro nonnihil secum aufert :  
sed cum spiritus acidus , auro gra-  
uatus tentans coopercula testa-  
cea transire , præcipitatur au-  
rum , & cooperculis adhæret ,  
dum spiritu hæc rodit , quæ po-  
stea conteruntur , cum argento  
viuo & aqua , quod aurum re- *Regulus  
Antimo-  
nij.*  
colligit , & hero suo reddit ,  
quando per corium ab illo se-  
paratur.

Quemadmodum mineralia  
metalla ferentia in regulum ,  
eadem viâ ex Antimonio regulus  
præcipitatur , cum Tartaro ni-  
mirùm & nitro , eo quod Alcali  
tartari , acidum sulphur ab anti-  
monio combibit , purumque re-  
gulum segregat.

Funditur quidem etiam anti-

D iiij


monium, cum sale communi, sed  
huius aciditas rodit antimonium  
in ignis tortura, eleuatur in bul-  
las minùsque cadit reguli. Hæc  
exempla de præcipitatione in via  
siccâ satis sunt.

Sic alcali quoddam in aqua so-  
lutum, (viam humidam appelle-  
lant) ut semper acida absorbet,  
mundificat etiam salem petræ ab  
omni acido, quem ideo emun-  
ctiores Medici in angina pro-  
summo refrigerante elegerunt;  
ob id sal prunellæ vocari cœpit  
(quidam ex ignaris patribus,  
cum fortè laudari à nostris au-  
diuisset sal prunellæ, accessit  
noctū ad pharmacopolam peri-

*Naturum*  
*cum sul-*  
*phure com-*  
*butum in*  
*angina ma-*  
*gis nocet*  
*quam pro-*  
*dest.*  
*Salsum*  
*enim eu-*  
*dit.*

tissimum: Sal prunellæ, inquit,  
paraturne ex prunis silvestribus,  
vel domesticis? Hi à vulgo, idiotis  
& mulierculis simplicibus, cano-  
nici vocari amant) coquunt in-  
quam nitrū in lixiuio alcalizato,  
donec gutta in frigido ferro con-  
stat sicut seuum, tunc in frigidum  
locum seponunt, sine effusione  
in aliud vas, & per noctem in-

striae concrescere permittunt nitidissimas & purissimas , quas sequenti mane abluunt. Alcali enim , omne acidum nocuum & impurum ab illo absorpsit , *Sicut in humano corpore etiam contingit , ut docet Hippocrates i. lib. de diaeta.*



Privilegium Alcali  
Tartari.

*Salis Tar-  
tari prae-  
gatina.*

CAPUT IX.

**D**ixi , quod inter fixiora alcalia , sal tartari gaudeat singulati priuilegio , & licet sit corpus graue , terrestre , impurum , & sordibus inquinatum , digestus tamen cum quocumque metallo a per debitum tempus , a Aurum id conuertit in Mercurium currentem ; quod expertus incredulis pro veritate affirmo : si qui vero credere id nolint , parum sollicitum me reddit .

Amicus quidam , cum tartarum